



1.  
1.  
2.  
31  
36  
44  
5.  
6  
7.

~~#12.~~ #

PROGRAMMA

QVO  
SUO AC INCLYTI JURIDICI ORDINIS NOMINE  
AD  
DISPUTATIONEM SOLEMNEM JURIDICAM  
NOBILISSIMI DOMINI CANDIDATI

JACOBI DRASEN/  
GUSTROV. MEKLENB.  
DE

MATRICULA IM-  
PERII NOVISSIMA CON-  
SENSU IMPERATORIS ET  
STATUUM CONFECTA.

DIE XVII. APRILIS A. MDCCIV.

BONO CUM DEO

HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS  
HABENDAM

MAGNIFICUM ACADEMIÆ RECTOREM  
AMPLISSIMUM UTRIUSQUE REIPUBLICÆ SENA-  
TUM OMNESQUE OMNIUM ORDINUM CIVES ACA-  
DEMICOS AC LITERATORUM FAUTORES OBSER-  
VANTER AC OFFICIOSE INVITAT

MATTHIAS *Stein*

U. D. ET CODICIS PROFESSOR PUBLICUS,  
FACULTATIS JURIDICÆ AD HUNG  
ACTUM DECANUS.



Offochii Typis Joh. Wepplingii, SER. PRING. & Ac. Typ.

nostro imperio Romano Germanico nulla certa initio, ubi nomen Germanorum adhuc cuilibet terribile extitit, fuit præscripta quota, sed ingruente hostium vi omnibus in genere indictum, ut imperatori pro viribus assisterent, sicque magnâ concurrebant copiâ. Ast anno 1431. contra Hussitos in Comitibus Norinbergensibus tempore Imperatoris Sigismundi placuit certam habere militum quotam, inde distributio quotæ pro cujuslibet viribus facta, quæ matriculæ nomen induit, idem contra Turcas anno 1466, 71, 87 & 89. obtinuit, sicq; variæ confectæ matriculæ, quas exhibent Acta Brunsvicensia, quamvis ad huc dum A. 1478. tempore Friderici III. contra Gallos in genere duntaxat, sine determinatione certæ quotæ, auxilium à singulis sit postulatum, docentibus fusè literis Legatorum Archiepiscopi Salisburgensis aliorumque Episcoporum, quas exhibet Dn. Linn. *Tom. 4. 7. P. ad lib. 4. c. 7. pag. 183.* Successu autem temporis duo potissimum certi collectandi modi sunt in Imperio observati, quorum prior denarius communis *der gemeine Pfennig* vulgo vocabatur, quem quilibet Imperii subditus sive mediatas sive immediatus, Clericus aut Laicus, solvere cogebatur. *Vid. Constit. Maximil. 1. de anno 1495. von dem gemeinen Pfennig: Quique modus obtinuit anno 1495, 1500, 1512, 1542 & 1544. Da der gemeine Pfennig zu Leistung der Hülffe wider den Türcken bewilliget: Quantum illius determinabatur ex summa bonorum, v. c. de Mille summæ capitalis, item de quinquaginta annuis redditibus pendebantur quinque, de centum dimidius florenus &c. juxta R. I. de anno 1544. §. 27. seqq. Nullaque bona, ne quidem salaria, præbendæ, mercedes erant ab hoc exempta. Scharsmid. in Not. ad Schütz, Coll. I. P., Vol. 2, Ex. 11. Th.*

*Tb 8, verb. Duos haftenus:* Alter autem modus collectandi juxta quotam expeditionis Romanae nach dem Nömer Anschlag frequentior est, & inductus fuit tempore Caroli V. anno 1521. quo immediatis duntaxat indicitur collecta, quibus secundum conditionem territorii sui certa militum qvota est assignata, quam quilibet sistere, aut pro Eqvite quolibet 12. florenos, & pro pedite 4. flor. in parata pecunia solvere tenetur: Unde facile apparet discrimen hujusmodi ab altero (1) ratione personarum (2) facilitatis, in Communi denario enim varia difficultas & mora erat, siquidem omnes & singuli subditi in qvovis pago, Civitatibus & provinciis imperii erant convocandi, qui primo per juramentum coram Deputatis bona debebant profiteri, sicqve contribuere *vid. R.I. de anno 1495. Rubr. von der Einnahm /* postea tamen anno 1542. sub fide solum, qua quis imperio & Superiori obstrictus. (3.) Ratione quanti, quod majus est in Communi denario, nam Collecta expeditionis Romanae tantum XXIV. millia militum, ast priori collecta CC. millia legi & sustentari potuerunt. *Schveder. Introa. 7. P. part. spec. se. 1. cap. 26. §. 10. Scharfchm. innot. ad Scurtz. 4. Tb 8.* Licet autem ita prior modus pinguior fuerit, ultra seculum tamen jam ab usu recessit, in Comitibus qvidem anno 1598. & 1603. de illo modo reducendo actum fuit, Rudolpho II. Contributionem secundum communem denarium postulante, cui nonnulli Status consenserunt, hisce potissimum moti rationibus (1) quod iste modus æqvissimus & nemo subditorum ita præ alio gravetur (2) expirarent ita lites ratione Eximentium & exemtorum (3) cessarent tot supplicationes pro obtinenda moderatione quotæ &c. Pleriq; tamen alterum modū urserunt (1.) quia tantam non postulat

lat moram, sed expeditiorem habet processum, & periculum summum toties in mora (2.) quod quantum denarius communis ferat, semper in incerto (3.) Quod ita cujuscunq; Status reditus, ac facultates privatorum revelentur, cum tamen durum sit paupertatis detegitilitatem & invidiæ exponere divitias (4.) quod Compactata varia inter Status & subditos, ob quæ denarius communis commodè exigi nequit; (5.) quod non minus quoad eum modum, nobiles immediati suam immunitatem allegaturi (6.) quod quoties de reddendo eo cogitatum, toties omnes fassi, aliam ad exigendum viam quærendam esse &c. Quamvis autem Priores Varia hîcce regesserint, Confer. Carpz. de Leg. Reg. cap. 8. Sect. 5. n. 19. seqq. obtinuit tamen per pluralitatem votorum posterior contributionis modus secundum Romanam expeditionem, prout patet ex R. I. de anno 1603. §. 7. Qvalem inde adhuc recentissimum collectandi modum copiosius notabili industria exposuit *Nobilissimus atque Doctissimus* DN. JACOBUS Dôrls / *J. U. Candidatus Dignissimus*, cujus Vitam & studia laudabiliter gesta ex consuetudine in hac aliisque Academiis recepta paucis adhuc delineabo. Lucem verò HIC vitalem primum adspexit Gustrovii mense Junii, Anno 1680. Patre *Nobilissimo & Consultissimo* DN. JACOBO Dôrls / *J. U. D. ac Advocato Celeberrimo, jam beato*, Matre verò CATHARINA SOPHIA Serdes / Matronâ sexus sui laudibus maximè conspicuâ, adhuc per DEI gratiam, & faxit Summum Numen propitium, quam longissime, superstite: Ulteriores Progenitores in paterna fuerunt linea *Avus, Vir spectatissimus & Integerrimus* DN. ULRICUS Dôrls / *Civis Gustrovienfis, Qui matrimonio sibi junxerat Matronam CATHARINAM Schulgen / Proavus* DN. JOHANNES Dôrls /

Dörfler / Civis quondam Gustrubii Primarius, cui matrimo-  
nii vinculo fuit juncta ANNA Warmilenehoffe;  
In Materna verò linea Avus Maternus, Vir Amplissimus &  
Consulissimus DN. JOHANNES GERDESIUS, J. U.  
D. ac Gustrubii Consul, optime meritis: Avia Materna,  
HELENA WARKENTINS, Viri Prudentissimi DN.  
JACOBI WARKENTINS Senatoris Gustrubiensis in-  
cliti filia. Proavus, Vir Prænobilissimus & Consulissimus  
DN. MARTINUS GERDESIUS, Gustrubii Consul ac  
Syndicus Spectatissimus. Proavia materna HELENA von  
Adenstetten / Viri Generosi JOHANNIS von Adenstet-  
teten / Senatoris Brunsvicensis filia. Hisce Majoribus  
fatus Noster, prout de justo citiore amantissimi sui Pa-  
rentis morte, utpote postquam demum in lucem edi-  
tus, non parum conquestus, ita vicissim sibi ex animo  
gratulatus de Eo, quem sibi charissima Mater Anno  
1686. vicissim elegit Maritum Quiq; Patris sui defuncti  
locum, affectu verè paterno, supplevit, Viri nempe Præ-  
nobilissimo, Amplissimo & Consulissimo DN. CHRISTO-  
PHORO REDEKERO, J. U. D. Ejusdemq; Professore  
quondam in hac Alma Celeberrimo, Consistorii itidem Du-  
calis Consiliario gravissimo, postea Consule hujus Civitatis  
primario, meritissimo, Affine & Fautore nostro æstimatissimo,  
Quem autem initio hujus anni præmatura vicissim fa-  
ta pro dolor abripuerunt. Similiter non parum lau-  
dat patruum suum Virum Prænobilissimum, atq; Amplissi-  
mum DN. DANIELEM Dörfler / Serenissimi Principis  
Megapolensis Regentis Camera Consiliarium gravissimum,  
Tutorem suum filiali amore prosequendum, Affinem nostrum  
Devenerandum: Qui istum fidelissimis Præceptoribus,  
privatis æq; ac publicis, pietatis ac Literarum rudimen-  
tis ab ineunte ætate imbuendum formandumq; commi-  
serunt, quorum omnium, imprimis verò Viri Nobilissi-  
mi

*mi ac Clarissimi DN. M. HOVETII, jam Pastoris Güstrowij  
vigilantissimi, Affinis nostri astimatissimi, operâ ac indu-  
striâ adjutus; proprioq; motu & naturali in meliores  
litteras inclinatione excitatus, indefesso labore egregios  
in literis humanioribus fecit progressus, sicq; se to-  
tum studio Juridico mancipavit, ac in utroque  
jure per integrum triennium manuductione Viri  
Prenobilissimi, Consultissimi atque vere Excellentissimi  
DN. JOHANNIS KLEINII, J. U. D. & Parac-  
etarum Professoris longe celeberrimi, Consistorij Ducalis  
Directorij gravissimi, à Serenissimo Principe Megapolenst  
supremi in hoc Ducatu constituti Regiminis Consiliarij, nec  
non Cancellariae Justitiae Directorij gravissimi, Fautoris no-  
stri devenerandi felici cum successu usus; Etiam per  
biennium Collegiis meis cum industria interfuit, meq;  
Præside ex DN. SCHNOBELII Dissertationibus  
duas masculae & non sine omnium applausu defendit,  
iisq; habitis nomen mihi, tunc temporis Decano  
suum eâ, quâ par est, dedit modestiâ, seq; ad examen  
rigerosum admitti, humanissime rogavit, in quo talem  
se exhibuit, ut omnium calculo ipsi inauguralem conscri-  
bendi Disputationem facultas benigne impertiretur: Quâ  
cum die 17. Mensis currentis publico expositurus sit exa-  
mini, MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM,  
utriusq; Reipublicæ Proceres Excellentissimos, cæte-  
rosq; Dn. Doctores, Licentiatos, verbi Divini Mini-  
stros, artium Magistros, omnesq; deniq; Literarum  
Fautores, ut suâ honorifica præsentia huncce Di-  
sputationis actum illustriorem reddere non  
graventur, eo quo fas est, cultu, studio  
ac affectu invito atq; rogo:*

Public. Rostochii sub Sigillo Facult.  
Jurid. d. 6. April. A. 1704.



Rostock, Diss., 1704-05

ULB Halle 3  
004 505 76X



Sb.

f







B.I.G.

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres  
19  
18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1

Black	Grey	Black
3/Color	Light Grey	Dark Purple
White	White	White
Magenta	Light Magenta	Dark Magenta
Red	Light Red	Dark Red
Yellow	Light Yellow	Dark Yellow
Green	Light Green	Dark Green
Cyan	Light Cyan	Dark Cyan
Blue	Light Blue	Dark Blue

MA  
DINIS NOMINE  
JURIDICAM  
DIDATI  
RESEN/  
NB,

A IM-  
A CON-  
DRIS ET  
ECTA.  
DCCIV.  
DEO  
IDIANIS

RECTOREM  
PUBLICÆ SENA-  
VM CIVES ACA-  
TORES OBSER-  
VAT

Stein

R PUBLICUS,  
D HUNG  
RING. & Ac. Typ.

#  
10  
1704, 8.

KONIGLICH  
UNIVERS.  
ZVHALLE